

meritum, nisi quatenus retribuenda est operanti, et ex opposito meritum eo tendat, ut præmium obtineatur. Quod tamen Concilium illa duo distincte posuerit; *ratio* erat, ut explicaret, quomodo meritum vitæ æternæ certissimum et infallibile sit, licet præmium non statim detur, nec omnes, qui illud merentur, consequantur; id quod fecit declarando, mereri justos vitam æternam, sed non statim, neque omnibus aliquando reddendam infallibiliter infallibilitate absoluta, sed sub conditione; si in gratia decesserint. E contrario autem nec idem sunt vita æterna, et gloriæ augmentum: nec si idem sunt, dari *ratio* potest, cur velut duo distincta posita fuerint.

Inst. Homo non meretur de condigno *primam gratiam*; ergo nec primam gloriam; quia non meretur gloriam, nisi quatenus meretur gratiam, cum gratia ferat jus ad gloriam; ergo si gratia non est ex merito condigno; nec gloria erit.

R. *N. paritatem* ob datas in utraque thesi rationes.

Ad prob. N. A. Licet enim nemo acceptetur ad gloriam, nisi per gratiam, et ideo nemo mereatur gloriam sine gratia; non est tamen necessarium, ut simul mereatur gratiam, nisi solum tunc, quando gratia non supponitur.

458. *Observe.* Meritum in alterius favorem soli Christo proprium est tanquam capiti universorum, et de cujus plenitudine nos omnes accepisse Joann. c. 1. v. 16. testatur. Ut tamen justis meritum tribui possit *de congruo* ad obtinendam aliis etiam gratiam habitualem primam, saltem mediate et per gratiam actualem conferendam, facit imprimis ille fidei articulus, quem in Apostolorum Symbolo per *Communionem sanctorum* profitemur; deinde lex amicitiae Deum inter et hominem justum, secundum quam congruum videtur, ut Deus precibus justis tanquam sui amici pro alio rogatus conferat ipsi gratiam aliquam ac beneficium supernaturale, quod auxilium præveniens ac excitans erit: quibus accedit exemplum tum Ecclesiæ pro persecutoribus Paganis, Hæreticis, ac Judæis orantis; tum Sanctorum Abrahami, Jobi, Stephani et aliorum pro impiis peccatoribus deprecantium.

Hujusmodi tamen meritum non esse stricte congruum et infallibile testatus est ipse Deus, dum 1. Reg. 16. v. 1. Samueli dixit: *Usquequo tu luges Saul, cum ego projecerim eum, ne regnet in Israel?* Item Ezech. 14. v. 16. *Tres viri isti, nempe Noe, Daniel et Job, nec filios, nec filias liberabunt; sed ipsi soli liberabuntur;* et Jerem. 15. v. 1. *Si steterit Moyses et Samuel coram me, non est anima mea ad populum istum.* Hisce prælectionibus de gratia finem ponimus, et Lectoribus nostris æque ac nobis a Deo gratiam precamur finalem.

O. A. M. D. G.

CONSPECTUS TOMI QUARTI

PARS PRIOR.

TRACTATUS DE PECCATIS, GRATIA, JUSTIFICATIONE ET MERITO.

DISPUTATIO I.

DE PECCATIS GENERATIM.

CAPUT I. — DE NATURA ET AFFECTIOIBUS PECCATI.

	Pag.
ARTIC. I. — <i>Quid et quotuplex sit peccatum?</i>	3
I. — Peccatum est actus moralis regulæ morum difformis	3
II. — Peccatum ratione entitatis dividitur in peccatum <i>commissionis</i> et <i>omissionis</i> ; ratione subjecti in <i>personale</i> et <i>originale</i> ; ratione effectus et pœnæ in <i>mortale</i> et <i>veniale</i> ; ratione regulæ morum in <i>theologicum</i> et <i>philosophicum</i>	4
ARTIC. II. — <i>An omne peccatum sit formalis offensa Dei?</i>	5
Omne peccatum rectæ rationi graviter difforme est etiam formalis offensa Dei	5
QUÆRES I. <i>Quidnam circa peccatum pure philosophicum sit constitutum?</i>	12
I. — Pars una de peccato theologico et mortali, quod nempe hoc sit <i>libera divinæ legis transgressio</i> , non subjacet censuræ, nec digna est censura, nisi forte philosophica diminutionis et insufficientiæ.	12
II. — Pars prima de peccato philosophico, quod nempe hoc sit <i>actus humanus disconveniens naturæ rationali et rectæ rationi</i> , scilicet <i>soli</i> , etiam non subjacet censuræ, quatenus nomenclaturam illius peccati explicat.	12
III. — Pars secunda de peccato philosophico, quæ in postremo commate habetur, ut jacet, censuram sustinet et meretur	12
QUÆRES II. <i>In quo sit formalis malitia peccati?</i>	13
I. — Formalis malitia peccati <i>commissionis</i> adæquate consistit in positivo; scilicet in libera tendentia actus in objectum prohibitum.	13
II. — Omissio etiam sola actionis præceptæ est peccatum, et formaliter stat in quasi positivo	13
ARTIC. III. — <i>An omnia peccata sint æqualia?</i>	14
Non omnia peccata sunt æqualia.	14

	Pag.
QUÆRES: <i>Sitne peccatum in aliqua ratione infinitum?</i>	15
Peccatum nec quoad malitiam, seu intuitu legis, nec quoad offensam, seu intuitu personæ offensæ, est simpliciter infinitum	15

CAPUT II. — DE CAUSIS ET EFFECTIBUS PECCATI.

ARTIC. I. — <i>An Deus sit causa et auctor peccati?</i>	17
Deus non est causa vel auctor ullius peccati	17
ARTIC. II. — <i>An reatus culpæ et reatus pœnæ distinguantur?</i>	26
Reatus pœnæ et reatus culpæ inter se realiter distinguuntur.	26
QUÆRES: <i>Quid et quotuplex sit pœna?</i>	29
I. — Pœna est malum voluntati, vel saltem naturæ contrarium, ad puniendam culpam illatum	29
II. — Pœna alia est simpliciter pœna, alia satisfactoria, alia medicinalis: Alia vitæ præsentis, alia futuræ vitæ: Hæc vel est pœna damni, vel pœna sensus	29

DISPUTATIO II.

DE PECCATO PERSONALI.

CAPUT I. — DE PECCATO MORTALI ET VENIALI.

ARTIC. I. — <i>An inter mortale et veniale peccatum sit discrimen?</i>	31
I. — Dantur quædam peccata proprie venialia; nec omnia peccata sunt mortalia	32
II. — Peccata venialia non sunt talia propter extrinsecam conditionem aut peccantis hominis, aut Dei non imputantis.	33
III. — Peccata venialia sunt talia ex natura sua	34
ARTIC. II. — <i>Per quæ prædicata intrinseca differant inter se peccatum mortale et veniale?</i>	43
I. — Peccata non differunt per hoc, quod mortale sit contra legem, veniale contra consilium, vel præter legem.	43
II. — Propria et essentialis differentia peccatorum est in eo, quod mortale sit libera transgressio legis vel præcepti graviter obligantis; veniale sit libera transgressio præcepti leviter tantum obligantis	44
QUÆRES: <i>An peccatum veniale sit offensæ Dei?</i>	47
Peccatum veniale est proprie offensæ Dei, sed levis.	47

CAPUT II. — DE PÆNA PECCATI MORTALIS ET VENIALIS.

ARTIC. I. — <i>An peccato mortali statuta et debita sit pœna æterna?</i>	49
I. — Pœna inferni reproborum, et sic peccati mortalis, erit æterna	50
II. — Peccatum mortale ex natura sua meretur pœnam æternam	50
QUÆRES: <i>Quid sentiendum de liberatione Trajani Imperatoris a gehenna precibus S. Gregorii Magni?</i>	56
I. — Reji ienda est tanquam commentitia hæc Trajani liberatio	56

	Pag.
II. — Quo sensu, veritate hujus historiæ gratis supposita, sustineri possit hæc liberatio, D. Thomas explicat.	57
ARTIC. II. — <i>Qua pœna puniatur peccatum veniale?</i>	58
Nullum veniale, in damnato etiam, per accidens punitur pœna æterna	58
QUÆRES I. <i>Quomodo remittatur reatus culpæ decedentibus cum solo peccato veniali?</i>	60
I. — Culpæ a Deo remittitur vel sub ipsum animæ egressum	61
II. — Vel in ipso purgatorio et egressu ex eodem	61
QUÆRES II. <i>In quonam consistat ratio peccati habitualis?</i>	61
I. — Peccatum habituale nihil est aliud, quam ipsum actuale physice præteritum, sed moraliter perseverans in reatu culpæ, seu per ordinem ad debitum sustinendi odium vel displicentiam divinam	61
II. — Perseverantia moralis peccati habitualis explicatur proxime et formaliter per negationem satisfactionis vel condonationis	62

DISPUTATIO III.

DE PECCATO ORIGINALI.

CAPUT I. — DE EXISTENTIA PECCATI ORIGINALIS.

ARTIC. I. — <i>Quinam circa originalis peccati existentiam fuerint errores?</i>	63
I. — Triplex classis est eorum, qui circa peccati originalis existentiam errarunt	63
II. — Erroris hujus auctores et sectatores nonnihil variarunt	64
ARTIC. II. — <i>An existat peccatum originale?</i>	65
Existentia peccati originalis est dogma fidei.	65
§. I. — <i>Quibus argumentis ex Scriptura probetur et vindicetur existentia peccati originalis?</i>	65
Argumentum I. sumitur ex V. T.; et quidem 1º. ex Jobi c. 14. v. 4. 2º. ex Psal. 50. v. 7.	65
II. Sumitur ex N. T.; et quidem 1º. ex epist. ad Rom. c. 5. v. 12. 2º. ex 2. ad Corinth. 5. v. 14.	66
§. II. — <i>Quibus argumentis probetur ex Traditione, et vindicetur existentia peccati originalis?</i>	70
Argumentum I. sumitur ex SS. Patribus, qui ante Pelagium scripserunt; ejusdem enim tempore, aut post illum unanimis et aperta fuit Doctorum sententia pro peccati originalis extantia	70
II. Sumitur ex Pontificum doctrina ac decretis	71
III. Sumitur a Conciliis, quorum viginti quatuor contra Pelagianam hæresin an. 404. vel 405. exortam intra 19. annos, nempe ab an. circiter 412. usque ad an. 431. celebrata fuerunt	71
§. III. — <i>Quibus argumentis probetur ex Ratione, et vindicetur existentia peccati originalis?</i>	76
Argumentum I. sumitur ex generali redemptione Christi	76
II. Ex necessitate baptismi.	76
III. Ex variis humanæ nativitatibus adjunctis	76

QUERES : Quid de Zosimi Pontificis œconomia in causa Pelagii et Celestii sit sentiendum?	80
I. — ZOSIMUS Pelagii et Celestii errores nunquam approbavit	81
II. — ZOSIMUS nimia indulgentia non peccavit	82

CAPUT II. — DE ESSENTIA PECCATI ORIGINALIS.

ARTIC. I. — An concupiscentia constituat peccatum originale?	83
I. — Concupiscentia non est formaliter peccatum originale.	84
II. — Concupiscentia non est materiale originalis peccati in sensu Jansenii.	85
III. — Concupiscentia theologice quidem, non autem philosophice potest in sensu S. Augustini vocari materiale peccati originalis.	85
QUERES : Quid reatus nomine intelligat S. Augustinus, cum originale peccatum asserit reatum concupiscentiæ?	92
Intelligit ipsum peccatum habituale, quo homo maculatus manet, et reus non tantum pœnæ, sed peccati est.	92
ARTIC. II. — Quomodo in Adamo peccaverint ejus posteri?	93
I. — Posteri non peccarunt in Adamo per hoc, quod habuerint consensum interpretativum.	94
II. — Posteri non peccarunt in Adamo per hoc præcise, quod is erat eorum caput naturale.	94
III. — Posteri peccarunt in Adamo per hoc, quod is per pactum virtuale a Deo erat institutus caput morale eorum ad hoc, ut, quod ipse in ordine ad observationem vel violationem mandati de non comedendo fructu faceret, censerentur posteri etiam moraliter et imputabiliter facere.	94
ARTIC. III. — In quonam formaliter consistat peccatum originale?	100
Peccatum originale est ipsum Adæ peccatum physice præteritum, prout a posteris in illo moraliter commissum, et moraliter perseverans in reatu seu debito sustinendi odium inimicitiae divinæ	100

CAPUT III. — DE PROPAGATIONE PECCATI ORIGINALIS.

ARTIC. I. Quomodo traducatur peccatum originale ad Adæ posteros?	102
I. — Libido, quacum parentes generant, non est causa per se et necessaria peccati originalis in parvulis	103
II. — Peccatum originale non ex ipsa natura rei propagatur in posteros.	104
III. — Causa peccati originalis est voluntas Adami, et sic hoc peccatum moraliter transfunditur, supposita generatione ex Adamo facta per viam generationis ordinariam.	104
ARTIC. II. — An peccatum originale propagetur ad omnes homines?	108
Etiam filii fidelium contrahunt peccatum originale, quod ipsis, sicut et cæteris imputatur, nisi ab eo per baptismum mundentur.	108
ARTIC. III. — An beatissima Virgo contraxerit peccatum originale?	111
B. V. Maria non contraxit peccatum originale; sed in primo creationis et infusionis animæ suæ in corpus instanti fuit per gratiam justificantem sanctificata, et a peccato originali præservata.	112
QUERES : An B. Virgo habuerit debitum contrahendi peccatum originale?	121

I. — Non est positive improbabile, B. Virginem caruisse debito proximo.	122
II. — Positive probabile est, B. Virginem caruisse debito proximo, h. e. peccato originali in Adam commissio.	123
III. — Omnino admittendum est, B. Virginem habuisse debitum remotum.	124

CAPUT IV. — DE POENIS PECCATI ORIGINALIS.

ARTIC. I. — An et quænam sint pœnæ peccati originalis in hac vita?	125
I. — Mala hominem post originale peccatum infestantia alia sunt interna, eaque vel in anima, vel in potentiis animæ, vel in corpore : alia externa, quæ scilicet vel extra hominem sunt, vel ab extraneo adveniunt.	125
II. — Mala ejusmodi sunt effectus et pœnæ peccati originalis	126
ARTIC. II. — An parvuli sine baptismo decedentes puniantur privatione beatitudinis?	127
I. — Parvuli sine baptismo decedentes puniuntur privatione beatitudinis supernaturalis.	127
II. — Parvuli iidem etiam puniuntur privatione beatitudinis naturalis.	127
ARTIC. III. — An parvuli sine baptismo decedentes puniantur pœna sensus et ignis infernalis?	130
Probabilius videtur, infantes sine baptismo decedentes non puniri pœna sensus.	132
QUERES : An parvuli sine baptismo decedentes patiantur internum animi dolorem ob privationem beatitudinis?	138
Parvuli hujusmodi tristantur de privatione beatitudinis.	138

DISPUTATIO IV.

DE GRATIA UNIVERSIM.

CAPUT I. — DE GRATIA ET DIVERSIS NATURÆ STATIBUS.

ARTIC. I. — Quid et quotuplex sit gratia divina?	141
I. — Gratia divina est donum supernaturale absolute indebitum, gratis concessum a Deo creature rationali, pertinens aliquo modo ad vitam æternam.	141
II. — Gratia ratione finis dividitur in gratis datam, et gratum facientem.	142
III. — Gratia, nempe gratum faciens, ratione modi existendi dividitur primo in incretam et creatam : secundo in externam et internam : tertio in gratiam intellectus et gratiam voluntatis : quarto in actualem et habitalem.	143
IV. — Gratia, videlicet actualis, ratione diversi respectus ad liberum consensum dividitur primo in gratiam excitantem et adjuvantem : secundo in sufficientem et efficacem.	144
ARTIC. II. — Quid et quotuplex sit naturæ humanæ status?	144
Status naturæ est certa conditio totius generis humani, seu modus se habendi in ordine ad finem ultimum secundum divinæ providentiæ legem.	144

	Pag.
ARTIC. III. — <i>An Adamus in statu iustitiæ originalis fuerit conditus?</i>	143
I. — Adamus habuit iustitiam originalem.	146
II. — Probabilius etiam Adam creatus est in iustitia originali.	147
<i>QUÆRES: An iustitia originalis homini sit naturalis?</i>	148
I. — Iustitia originalis, seu gratia sanctificans nullatenus potest dici naturalis, aut homini debita.	148
II. — Nec obedientia appetitus sensitivi ad rationem est naturalis homini et debita.	150
III. — Nec immortalitas corporis, nec immunitas a vitæ miseris fuit homini debita et naturalis.	150
ARTIC. IV. — <i>An possibilis sit status naturæ puræ?</i>	152
<i>Status naturæ puræ est possibilis, et nulla ex parte repugnat.</i>	153
ARTIC. V. — <i>An natura lapsa debilior sit ad operandum bonum morale naturalis ordinis, quam esset natura pura?</i>	163
I. — Homo in statu naturæ lapsæ vi solius peccati originalis non factus est intrinsece debilior ad bonum morale ordinis naturalis, quam esset in statu naturæ puræ.	165
II. — Homo in statu naturæ lapsæ vi peccati originalis factus est extrinsece debilior ad bonum morale ordinis naturalis, quam foret in statu puræ naturæ.	166
 CAPUT. II. — DE VARIIS CIRCA GRATIAM ERRORIBUS. 	
ARTIC. I. — <i>Quinam fuerint auctores, debellatores, et errores hæresis Pelagianæ circa gratiam?</i>	169
I. — Auctor fuit Pelagius, natione Britannus seu Anglus, professione Monachus, etc.	169
II. — Debellatores Pelagianæ hæreseos dicuntur vel Patres in Conciliis congregati, vel Patres singuli dogmatica scripta opposcentes, vel summi Pontifices constitutionum decreta edentes	170
III. — Errores Pelagianorum universim ad tria capita referuntur, etc.	173
IV. — Errores Pelagianorum <i>speciatim et circa gratiam</i> colligi possunt ex systemate Pelagii, quod tres partes complectitur, etc.	174
<i>QUÆRES I. An et qualem gratiam illustrationis interioris tandem admiserit Pelagius?</i>	175
I. — Pelagius admisit interioris gratiam, qua intellectus intime a Deo illustratur.	175
II. — Pelagius illustrationis gratiam, quam admisit, simul duplici errore fecerit; primo volens nos eam promereri per naturæ vires: secundo putans eam non esse simpliciter necessariam, sed tantum ad operandum facilius.	175
<i>QUÆRES II. An Pelagiani admiserint tandem gratiam inspirationis, seu auxilium internum voluntatis?</i>	176
I. — Nec Pelagius, nec Celestius admiserunt gratiam interioris voluntatis.	176
II. — Nec Pelagiani reliqui etiam post damnationem hæreseos a ZOSIMO latam admiserunt interioris voluntatis gratiam.	177
<i>QUÆRES: An Pelagiani admiserint gratiam habitualem?</i>	178

	Pag.
I. — Si verba Pelagianorum spectentur, <i>certum</i> videtur, ab illis agnitam et admissam esse gratiam habitualem.	178
II. — Si artes et subdolæ Pelagianorum explicationes attendantur, <i>incertum</i> videtur, an gratiam habitualem admiserint.	179
ARTIC. II. — <i>Quinam primi fuerint Semipelagiani, eorumque debellatores et errores?</i>	180
I. — Inter Semipelagianorum principes numerantur <i>Joannes Cassianus, Faustus, Vincentius, Gemadius, etc.</i>	180
II. — Præter S. AUG. varii tum Patres, tum Pontifices, tum Concilia contra Semipelagianismum decertarunt, et hæresin tandem contriverunt.	181
III. — <i>Semipelagiani</i> de peccato originali et necessitate gratiæ Christi ad illius remissionem ac iustitiam et salutem recte senserunt: capitalis autem illorum error fuit, <i>initium</i> aliquod fidei, iustitiæ ac salutis esse a nobis.	181
IV. — Fundamentum hujus erroris erat idem, quod principale Pelagianorum.	182
V. — Ex hoc errore et fundamento plures errores alii Semipelagianorum pullabant.	183
<i>QUÆRES: An Semipelagiani omnes gratiæ interioris prævenientis necessitatem ad initium fidei constanter negaverint?</i>	185
I. — Omnes Semipelagiani constanter negarunt ad initium fidei necessitatem gratiæ interioris, h. e. <i>illustrationis</i> simul et <i>inspirationis</i>	185
II. — Theophilo <i>Raynaudo, Petavio</i> , aliisque non videtur negandum, a Semipelagianis ad fidei initium admissam esse <i>gratiam illustrationis</i>	189
ARTIC. III. — <i>Quinam fuerint auctores, debellatores, et errores recentium sectarum circa gratiam?</i>	189
I. — Sectarum, quæ a seculis aliquot prope innumeræ emergerunt, auctores vel præformatores præcipui sunt Martinus Lutherus et Joannes Calvinus.	189
II. — Debellatorum utriusque hæresis nomine intelligi possunt 1. Doctores singuli, qui hæreticis dogmatibus, vel scriptis libris se strenue opposuerunt. 2. Universitates promeritam erroribus censuram affigentes. 3. Synodi Diocesanæ, aut nationales sententiam emittentes. 4. Pontifices definiētes, et TRID. CONCIL. Generale tum cogentes, tum moderantes, tum confirmantes	191
III. — Utriusque Hæresiarchæ errores circa <i>liberum arbitrium et gratiam</i> varii sunt, etc.	192
ARTIC. IV. — <i>Quæ sit Baianismi historia, quod systema, quæ in illum lata sententia?</i>	193
I. — Exordium Baianismi in an. 1551. incidit, quo Professor publicus novas et erroneas doctrinas tum voce, tum scriptis proferre cepit.	193
II. — Systema errorum Baii a quibusdam ad tria generatim capita, nempe quæ spectant statum naturæ vel <i>innocentis</i> , vel <i>lapsæ</i> , vel <i>reparatæ</i> , revocatur: ab aliis paulo distinctius ad octo capita speciatim refertur.	194
III. — Fundamentum errorum omnium a <i>Tournely</i> statuitur in illo axiomate, ad quod prop. 38. spectat: <i>Non sunt, nisi duo amores</i>	197
IV. — De sententia in Baianismum per geminam Bullam Pontificiam lata, sive de ipsarum Bullarum argumento et forma varia observanda veniunt.	197
<i>QUÆRES I. An Baianæ propositiones omnes notentur propter doctrinam; an aliquæ propter solam contrariæ sententiæ censuram?</i>	198
Probabilius videtur, omnes propositiones notatas esse propter doctrinam.	198